



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolviones
Lectissimorvm Casvum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Prælatus Relig.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

Prælatus Relig.

1 Vrdus, mutus, & cæcus sunt ineligibiles ad prælaturas. p. 5. tr. 6. ref. 10. Item Regulares puniti ab Inquisitoribus (pœnitentiis salutaribus exceptis) nec possunt rehabilitari nisi à Papâ, vel ab Inquisitoribus sacræ Congregationis. Barbos. & alij 3. ex decreto Urbani VIII. p. 4. tr. 5. ref. 48.

2 Infans baptisatus è quocumque genere sit natus, si postea factus est religiosus, potest sine ullâ dispensatione ad Prælaturas promoueri. Peirin. & alij. p. 6. tr. 7. ref. 1.

3 An expediatur Generales Religionum esse perpetuos necne, in utramque partem disceptari potest p. 3. tr. 2. ref. 124.

4 Regulares tenentur ad prælaturas eligere digniores; idemque est de Generali, si ad hunc solum spectat electio: quia Prælaturæ regulares sunt beneficia ecclesiastica curam animarum habentia. Turrian. & alij 4. Et si Filiuc. & alij 2. contrarium probabile putent, p. 1. tr. 15. ref. 61. & p. 5. tr. 14. ref. 11.

5 In Religionibus ante electionem Prælatorum, haberi possunt tractatus consultorij, ut sciatur quis sit dignior, vel

vel dignissimus; non autem ambitiosi,
paotionales, conditionales, &c. part. 2.
tr. 16. ref. 35.

6 Prælati Regulares qui non sunt eleciti, possunt amoueri à suis prælatu-
ris ad libitum suorum Superiorum, et
iam sine causâ; non tamen accusatio-
ne, & inquisitione contra ipsos pen-
dente. Riccius & alij. p. 3 tr. 2 ref. 117.

7 Prælati Regulares tenentur corri-
pere peccata: etiam venialia subdito-
rum, ne disciplina Religiosa collaba-
tur. Villalob. & alij. 3. imò tenentur ex
iustitiâ ad correptionem. Hurtad. &
Coninc. et si contrarium probabile sit.
ibid. ref. 38. & p. 5. tr. 14 ref. 95.

8 Prælatus Regularis potest ac debet
inquirere in peccata occulta subdito-
rum, ut illa fraternè corrigat, modò
absit nimia sollicitudo. Non tamen li-
cer priuato Religioso inquirere in vi-
tam fratrum, ut illos fraternè corrigat.
Lorca. p. 5. tr. 2. ref. 42.

9 Superiores regulares non curantes
statis diebus legi super mensâ decreta
Urbani VIIIL de celebrat. Missarum,
non incidunt in pœnam priuationis
vocis actiuae; & passiuae, si curent illa
legi paulo post. Peyrin. p. 5. tr. 14. ref. 15.

li 2 10 Pos-

10 Possunt Prælati Regulares commutare, & dispensare vota Nouitorum. (Sanchez & alij 6.) item absolve-re suos subditos à casibus Builæ Cœ-næ. Suarez & alij 4. Itemque male promotos ad Ordines, siue ante legitimam ætatem, siue per saltum, &c (Portel.) Item dispensare votum de transfe-ndo ad Religionem strictiorem. (Sua-rez & alij 3.) non possunt tamen dis-pensare super infamiâ iuris publicâ. Porteli p.3. tr.2. ref.71.72.85. & 91. & p.5. tr.14. ref.91.

11 Prælati Religionum possunt benedicere paramenta Ecclesiarum, etiam externarum. Rodriquez & alij 3. p.3. tr.2. ref.40.

12 Superiores Regulares non possunt aliquid vetare sub pœnâ excōmm. sibi reseruatæ. Quia ex Decreto Clementis VIII. omnis reseruatio illis interdi-cta est; alias enim ratione censuræ il-lud peccatum maneret reseruatum. Sanch. & alij 4. ibid. ref.49.

13 Non potest Prælatus in communi-bus tantum necessitatibus pauperum, expendere in eleemosynas omnia su-perflua ex redditibus monasterij: sed ex-iis augere debet, vel perficere monaste-rium,

rium, aut eius reditus, ut plures possit
alere Suarez & Peyrin. p. 5. tr. 8. ref. 33.

Præscriptio.

1. **Q**uando quis legitimè iuxta leges
possessionem alicuius rei præ-
scripsit, potest eam tutâ conscientiâ
retinere, etsi postea cognoscatur fuisse a-
lienam p. 6. tr. 7. ref. 12.

2. Contra Ecclesiam Rom. non valet
præscriptionis centum annorum: sicut
nec contra supremos Principes, vel Re-
ges. Menoch. & alij. ibid ref. 8.

Priuilegium.

1. **P**riuilegium concessum non subdi-
to, non est amplius reuocabile.
Suarez & Pontius. Talia autem sunt
quæ à Principibus sacerdotalibus conce-
duntur Ecclesiasticis p. 4. tr. 1. ref. 82.

2. Potest Pontifex reuocare quælibet
privilegia antè concessa, etsi sint remu-
neratoria. Sousa. p. 1. tr. 2. ref. 6.

3. Concordata Pontificis cum Rege a-
liquo, sunt priuilegium reuocabile.
Suar. & alij 2. an verò sint per Bullam
Cœnæ reuocata, in utramque partem
à DD. disceptatur. ibid. ref. 96.

4. Sub generali communicatione pri-